

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum homo absque gratia possit mereri vitam æternam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. CIX.

ARTIC. III. ET V

meminit in responsive ad tertium, ut insinuaret quod de his di-
sputabat; que solam gratiam non continebant. A doctrina nam
qua disputatio ne dum puerili, remotissimum est, ut tertia
in dubium de praecepis solius gratia, si per naturalia expleri pos-
sunt. Et secundum hoc, licet titulus articuli fuerit de legis praece-
pis, in distincione

absque gratia . ergo homo potest
legis præcepta facere absq; gratia .
¶ 2 Præterea . Hieronymus dicit
in expositione catholice fidei * il
los esse maledicendos , qui Deum
præcepisse homini aliquid impo
sibile dicunt : sed impossibile est
homini quod per seipsum imple
re non potest . ergo homo potest
implere omnia præcepta legis
per seipsum .

¶ 3 Præterea. Inter omnia precepta legis maximum est illud: Diliges dominum tuum deum tuum ex to corde tuo, ut patet Matth. 22, sed hoc mandatum potest homo implere ex solidis naturalibus, diligendo deum super omnia, ut supra dictum est.* ergo omnia mādata legis potest homo implere si ne gratia.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de hærefib⁹ hoc pertinet ad hæresim Pelagianorū, ut credant sine gratia hominem posse facere omnia diuina mandata.

RESPON. Dicendum, quod implere mandata legis contingit dupliciter. Vno modo quantum ad substantiam operum, prout scilicet homo operatur iusta, & fortia, & alia uirtutis opera. & hunc modo homo in statu naturae integræ potuit omnia mandata legis implere, alioquin homo non potuisset in statu illo non peccare, cum nihil aliud sit peccare, quam transgredi diuina mandata: sed in statu naturæ corruptè non potest homo implere omnia mandata diuina sine gratia salvante. Alio modo, possunt impleri mandata legis non solum quantum ad substantiam operis, sed etiam quantum ad modum agendi, ut scilicet ex charitate faciant: & sic neque in statu naturæ integræ, neque in statu naturæ corrupte potest homo implere absque gratia legis mandata. Vnde August. in lib. de correptione & gratia,* cum dixisset quod sine gratia nullū prorsus bonum homines faciunt, subdit. Non solum ut monstrante ipsa quid faciē-

Ad Dam. nō
precul a fin.
¶. 2.

c.88.non pre-
cul a prin.to
mo 6.

D.1048.

t.2, circa prī.
60.7.

Fidem esse ueram, ut Ecclesia tenet: constat enim quod la supernatura gratia adiutio crederet. Posit quod sperare se fore beatum in celo, quamvis inanis sit & fides. Sed ad propositum latius est de sufficientiam operum, quam in haereticis, quantum ad con-

dum sit, sciant, verum etiam ut
præstante ipsa, faciant cum dilec-
tione quod sciunt. indigent in-
super in utroq; statu auxilio Dei
mouentis ad mandata implenda,
ut dictum est.*

AD PRIMVM ergo dicendum,
quod sicut August. dicit in lib. de
spiritu & litera. * Non moueat
G quod naturaliter dixit, eos quæ le
gis sunt facere: hoc enim agit Spi
ritus gratiæ, ut imaginem Dei, in
qua naturaliter facti sumus, istau
ret in nobis.

A D S E C V N D V M dicendum,
quod illud quod possumus cum
auxilio diuino, nō est nobis om-
nino impossibile, secundum illud
Philosophi in 3. Ethico. * **Qua-**
H per amicos possumus, aliquatenus
nos possumus. Vnde Hieron.
† ibidem confitetur sic nostrum
liberum esse arbitrium, ut dica-
mus nos semper indigere Dei au-
xilio.

AD TERTIVM dicendū, quod
præceptum de dilectione Dei nō
potest homo implere ex puris na-
turalibus secundum quod ex cha-
ritate impletur, ut ex supradictis
patet.*

ARTICVLVS V.

Vtrum homo possit mereri vitam æternam sine gratia.

I **A** **D** **Q** **V** **I** **N** **T** **V** **M** sic procedit. Videatur, quod homo possit mereri uitam eternam sine gratia. Dicit enim Dominus Matth. 19. Si uis ad uitam in gredi, seruata mandata: ex quo uidetur, quod ingredi in uitam æternam, sit constitutum in hominibus uoluntate: sed id quod in nostra uoluntate constitutum est, per nos ipsos possumus. ergo uidetur quod homo per seipsum possit uitam eternam mereri.

K ¶ **P** **r** **a** **t**. Vita æterna est merces, uel præmiū, quæ hominibus reditum a Deo, secundum illud Matth. 5. Merces uerba multa est i c lis: sed merces, uel præmiū redditur a Deo homini secundū opera.

Super Questionis centesime nona Articulum p[ro]positum.

I **N** articulo quinto quæcumque dicenda esset, in quaestione ultima, in articulo primo, De merito, et secundo, De necessitate gratie respectu meriti ad remunerationem. Incognito namque merito, non pl[et] ne quidem.

eius secundum illud Psalm. 61. Tu reddes unicuique secundum opera eius. Cum igitur homo sit dominus suorum operum, uidetur quod in eius potestate constitutum sit ad uitam aeternam peruenire.

¶ Præte. Vita aeterna est ultimus finis uita humana; sed quelibet res naturalis per sua naturalia potest consequi finem suum, ergo multo magis homo, qui est aliorum naturæ, per sua naturalia potest peruenire ad uitam aeternam absque aliqua gratia.

Sed contra est, quod Apostolus dicit ad Rom. 6. Gratia Dei, uita aeterna; quod ideo dicitur, sicut gloria ibidem dicitur, ut intelligeremus Deum ad uitam aeternam pro sua miseratione nos perducere.

Respon. Dicendum, quod actus perducentes ad finem, oportet esse fini proportionatos. Nullus autem actus excedit proportionem principii actuum. Et ideo uidemus in rebus naturalibus, quod nulla res potest perficere effectum, per suam operationem, qui excedat uirtutem actionis; sed solum potest producere per operationem suam effectum suæ uirtuti proportionatum. Vita autem eterna est finis excedens proportionem naturæ humanae, ut ex supradictis patet. Et ideo homo per sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata uite eterno, sed ad hoc exigitur altior uirtus, quæ est uirtus gratiae. Et ideo sine gratia homo non potest mereri uitam aeternam; potest tamen facere opera perducentia ad bonum aliquod homini connaturale, sicut labore in agro, bibere, manducare, & habere amicum & alia huiusmodi, ut Aug. * dicit in tertia responsione contra Pelagios.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod homo sua uoluntate facit opera meritoria uita eterno; sed sicut Aug. in eo lib. dicit*, ad hoc exigitur quod uoluntas hominis preparetur a Deo per gratiam.

Ad SECUNDVM dicendum, quod sicut Glossa dicit Rom. 6. super illud: Gratia Dei, uita aeterna, certum est uitam aeternam bonis operibus reddi: sed ipsa opera, quibus redditur, ad Dei gratiam pertinent, cum etiam supra dictum sit, quod ad implendum manuaria legi secundum debitum modum, per quem corum impliatio est meritoria, requiritur gratia.

Ad TERTIVM dicendum, quod obiectio illa procedit de fine hoī connaturali. Natura autem humana ex hoc ipso quod nobilior est, potest ad altiorem perduci, saltem auxilio gratiae, ad quem inferiores naturæ nullo modo pertinere possunt, sicut hoī est melius dispositus ad sanitatem, qui aliquibus auxiliis medicinæ potest sanitatem consequi, q̄ ille qui nullo modo, ut Philo cōsiderat in 2. de celo.

ARTICVLVS VI.

¶ Supra questionis 10. articulus sextum.
¶ Utrum homo possit seipsum ad gratiam preparare per seipsum, absque exteriori auxilio gratiae.

Dicitur IN articulo sexto eiusdem cœlestis munitione quatuoribus dubiis occurrit ex Durando in secundo Sententiarum distinctione uigimac: ita que libato prima articulo ultimo duplex. Alterum contra conclusionem: alterum contra rationem in litera allara. Contra conclusionem quidem, quia homo potest aliisque speciali

Prima Secunda S. Thomæ.

Dei audiitorio per sua naturalia operari opus moraliter bonum, ergo potest preparare se ad gratiam. Antecedens patet ex dictis. Consequentia probatur, quia bonum morale habet immediatum ordinem ad bonum gratiae, ac per hoc est preparatorium ad gratiam. Et augetur hoc dubium, quia auctor estiam in secundo Sententiarum distinctione 2. articulo 4. idem scripsit, dum exprefse uult, quod homo faciendo quod in se est, preparat se ad gratiam, ut patet ibi.

¶ 3. Præte. Si homo indiget gratia ad hoc, quod prepararet se ad gratiam, pari ratione indigebit gratia ad hoc, quod prepararet se ad illam gratiam, & sic procedetur ad infinitum: quod est inconueniens. ergo uidetur standum in primo, ut scilicet homo sine gratia possit se ad gratiam preparare.

¶ 4. Præte. Propter 16. dicitur, quod hominis est preparare animum: sed illud dicitur esse hominis, quod per seipsum potest. ergo videtur quod homo per seipsum se possit ad gratiam preparare.

Sed contra est, quod dicitur Io. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: si autem homo seipsum preparare posset, non oportet quod ab alio traheretur. ergo homo non potest se ad gratiam preparare absque auxilio gratiae.

Respon. Dicendum, quod duplex est preparatio voluntatis humanæ ad bonum. Vna quidem qua preparatur ad bene operandum, & ad Deo fruendum: & talis preparatio voluntatis non potest fieri sine habituali gratiae dono, quod sit principium operis meritorij, ut dictum est.* Alio modo potest intelligi preparatio voluntatis humanæ ad consequendum ipsum gratiae habitualis donum. Ad hoc autem quod preparat se homo ad susceptionem huius doni, non oportet presupponere aliquod aliud donum habitualis in anima, quia si procedetur in infinitum: sed oportet presupponi aliquod auxiliū gratitudo Dei interius anima momentis, sive inspiratis bonis, propositū. His enim duobus modis indigemus auxilio diuino, ut supra dictum est. * Quod autem ad hoc indigemus auxilio Dei momentis, manifestum est. Necesse est enim cum omne agens agat propter finem, quod omnis causa conuerteret suos effectus ad suum finem; & ideo cum secundum ordinem agentium, sive mouentium

Prima Secunda S. Thomæ.

¶ 2. articulus. 2. 3.

II aliud